

DISSERTATIO ACADEMICA
CONTINENS
XX. QVÆSTIONES THEOLOGICAS
DE
DEO UNO,

QUAS
DEO DVCE AC MODERATORE
IN INCLUTA
LUDOVICIANA
AD LANUM,

SUB PRÆSIDIO
DN. KILIANI RUDRAUFFII,
SS. Theol. D. ejusdemque Profess. in Academ.
Giessensi Publ. meritissimi,

*Patroni, Præceptoris ac Hospitis sui sanctè semper
colendi, suscipiendi,*

Ad D. XIII. Martii A. O. R. clō lōc xxciii.

In Auditorio Theol. H. C. Pro virili publicè respondendo tuebitur

M. ABRAHAM A. F. CALOVIUS,
Wittenbergensis Saxo.

Coll. diss. A
214, 56

—

GISSÆ,

Literis Academicis KARGERIANIS.

Diss. A. 214. (56)

##. #
S. J. Chr.

DISSERTATION ACADEMICA

IN THE FACULTY OF THE UNIVERSITY OF DRESDEN

BY

DR. THEODOR SCHNEIDER

ON THE



PHYSICAL OPTICS

PRESENTED TO THE FACULTY OF THE UNIVERSITY OF DRESDEN

FOR THE DEGREE OF DOCTOR OF PHILOSOPHY

ON THE 15th DAY OF MARCH 1854

BY THE DEAN OF THE FACULTY

DR. THEODOR SCHNEIDER

DRESDEN

OMNIPOTENTI. HVIVS. MVNDI
EFFECTORI.

DEO. TRINUNI.

ET. POST. EUM.

PARENTI.

HONORATISSIMO.

NEC. NON.

PATRONIS. AC. PRÆCEPTORIBUS.

TUM. IN. TUM. EXTRA.

PATRIAM.

PARTIM. OB. ARCTIVS. NATVRÆ.

VINCVLVM. PARTIM. OB. ACCEPTA. BENEFICIA.

SANCTE. SEMPER. COLENDIS.

HOC. PRIMUM. SPECIMEN. STUDIORUM.

THEOLOGICORUM. SACRUM.

ESSE. IUBET.

CLIENTS.

TANTORUMQUE. NOMINUM. ADMIRA-

TOR. ET. CULTOR. DEVOTUS

M. ABRAHAM. A.F. CALOVIUS.



D Cathedram natus, studiosus semper
in actu,
Exemplo es Christi sedulus in Ca-
thedra,
Hæc Tibi deliciae, Tibi gloria, *clare*
Magister,
Inde Tibi surget gloria; fama, salus!

*His exiguis Clarissimi Dn. Disputantis Mag. Amici & Fautoris
nec non Convictoris sui suavissimi, singularem industriam
& fervorem in promovendis studiis sacris incessantem restarique
commendare & celebrare voluit*

PRÆSES.

DISSER-



DISSERT. I.

DE DEO UNO.

ex. M. Abraham Calovio,
Witt. Magni
Calovii Fil.

Q. I. An detur de DEO notitia naturalis ac-
quisita & insita? A. contra Soc. negantes,

Olim
ex. Andrea
Staphorst.
Hamburg.

§. 1.



STOROD. Instit. Relig. Christ. c. 1. p. 10. daß Antith,
die Menschen von GOTT oder von der
Gottheit etwas wissen / das haben sie nicht
von Natur / noch auß Betrachtung des
Schöpfers / sondern von hören sagen :
Sintemal sich GOTT von Anfang der
Menschen offenbahret hat. Ita Socinus

in Miscell. resp. ad obj. Cutten. 5. p. 68. Negat, hominem posse
per se vel seipsum vel DEUM ejusque voluntatem cognoscere
& in prælect. Theol. II. C. 4. contrariam assertionem falsitatis
arguit.

§. 2. Lumen gratiæ non tollit naturæ. Θεογνωσία specialis Observatio,
non negat generalem: Aberratio à vero DEO non negat ipsum
DEUM: Neque ubi deest salvifica notitia aut vera Deitatis
applicatio, extirpatus est omnis de DEO sensus. Cognosci
potest DEUS, etiam ille, qui est verus DEUS, etsi non verè,
etsi non salutariter. Sic DEUM novimus ex revelatione, &
in simul ex creatione & naturali ratione. Illic quantum suf-
ficit ad salutem, hic quantum sufficit ad ulteriorem Numinis
investigationem, ut hinc excitati quæramus, quis, & quid sit il-
le DEUS? Quidque à nobis fieri velit & non fieri? Quâ ratio-
ne colendus sit & quæ ejus sit gloria, in qua nobis est glorifican-
dus? Hoc si non omnes advertunt ex eo, quod in creaturis
positum est, sufficit à quibusdam ex se & sua natura adverti po-
tuisse.

A

§. 3.

Confirm.
acquisitæ,

§. 3. Nos utramque notitiam naturalem asserentes, æquifitam dari probamus ex operibus mundi; totus mundus enim testatur DEUM, creaturæ suum Creatorem, opificium, cœlum, sol, luna, astra eorumque motus, sapientissimum & potentissimum opificem; Spiritus creatus, sive anima nostra, sive angelus, qui non est ex materia, ab aliquo factore est, sed non nisi omnipotente, qui DEUS est. Eò nos remittit Paulus, Rom. I. 19. τὸ γνωστὸν τῆ Θεῶ Act. 14. 15. 17. non reliq. ἀμαρτ. conf. Act. 17. 22. 24. Psalm. 19. 2. Job. 12. 7. interroga autē jumenta & dicent tibi, volatilia cœli & indicabunt tibi, quodque docet communis, omnium populorum moratiorū consensus, vid. p. 2. Meth. nostr. Cicero de Leg. c. 3. *in hominibus nulla gens est neq; tam immansueta neque tam fera, quæ non, etiam si ignoret, qualem habere DEUM deceat, tamen habendam.* Et 2. de Leg. c. 3. *A Diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia, scitè Zeleucus Legislator Locrensiū, Dii colendi sunt & honorandi ut bonorum omnium, quæ cum ratione fiunt, parentes & auctores.* Plinius Paneg. in Traj. ut rerum agendarum ita & dicendi initium capi volebat à precationibus quod nihil ritè, nihil providenter homines sine Deorum immortalium ope, consilio, honore auspicarentur. Plaut. capt. Act. 3. sc. 2. v. 63. *Est profecto DEUS, qui quæ nos gerimus auditque videtque.*

Confirm.
insitæ,

§. 4. *Insitam* vero probamus ex Rom. 2. 14. 15. ostendentes opus legis scriptum in cordibus suis. Qui autem ex natura opus legis habent scriptum in cordibus, etiam inscriptam simul habent notitiam legislatoris, quæ relata sunt. contra eosd. & plur. alios etiam nostr. Philos. quosdam. vid. Magnif. Dn. D. Calov. Tom. 2. pag. 61. 73. Job. Ad. Osiandr. Tr. de Lam. nat. *Museus* de in suff. not. nat. Schertz. Socin. 29. Kromaj. 113. 115. & seqq. quid autem illa insita sit in mente nostra, habitus? facultas? actus? vid. Phil. nostr. Theol. Exhib. IV. §. 37. Calov. Tom. 2. p. 78. 103. Osiandr. c. 1.

Opp. contra
acquisitæ,

§. 5. Contra acquisitam Obj. Socin. 1. *Notitiam DEI esse ex Fide* Hebr. XI. 6. & salvificam & supernaturalem esse ex fide, naturalem ex ratione. Obj. 2. *Naturalia esse communia*, sed notitiam DEI, sapientiam & pietatem esse dona DEI propria, exemplo Enochi, inde singulariter commendati. Resp. Alia Θεογνωσια est generalis, alia specialis. Facultatem investigandi & aliquantulum
DEUM

DEUM in generali notione cognoscendi, commune & naturæ rationali ex creatione relictum, aut sapientiã obtinuisse & pietatem DEUM rectè colendi, debetur lumini supernaturali & est specialis divinæ gratiæ, Θεογνωσίας specialis & salvificæ, in qua Enochus DEO placuit Obj. 3. *Multos populos in novo orbe ignorasse DEUM & adhuc plures nescire DEUM*, Resp. 1. *Negat Cicer.* ullam est gentem, cujus mentem non imbuerit Deorum opinio; Et *Crellius* de DEO p.47. ex historiis testimonium ducit, eas gentes, in quibus nulla putetur divinitatis opinio, dæmonem habere aliquem, quem vel res naturales & elementares quas colant & metuant, loco DEI habeant, prout de *Calecuthanis* referunt E. & idololatræ idola pro DEO colentes supponunt esse aliquod Numen, etsi quod & quid illud sit, ignorent. De idolis vero gentium plenissimè historiæ testantur monumenta, quibus deest non tam communis Deitatis opinio, quàm vera illius applicatio. Quapropter Resp. 2. *A negatione actus ad negatione potentia*, & ab ignoratione quorundam ad universalem scientiæ negationem N.V.C. In quo & *Scaliger* deceptus est, existimans exerc. 307. quia à *Diagora* & aliis mente tamen præditis, negatum & à *Protagora* dubitatum sit, esse DEUM, naturaliter id intelligi non posse. Cum concedat *Aristotelem* & plures alios, qui innumeri sunt, id scivisse & probasse; Quorum exempla positivè concludunt verum assertum. *Dicis*, ergò possibile est: Gentiles cognoscere verum DEUM, quod tamen de Judæis & Mahometanis negatur. Resp. Aliud est cognoscere DEUM, aliud verum DEUM. Aliud cognoscere verum DEUM materialiter, quod conceditur gentibus, aliud formaliter verè atque propriè, quod non conceditur Aliud est cognoscere DEUM in ignoratione mysterii Trinitatis, aliud cum negatione & impugnatione, illud cadit in Gentes, hoc competit Judæis & Turcis.

§. 6. Contra insitam Obj. 1. Intellectum esse instar tabularasæ, cui nihil sit actu inscriptum, inscribi tamen omnia possunt, E. nec notitia DEI illi est insita Resp. 1. Sed dantur quædam principia naturâ cognita, datur δίκαιον φυσικόν per ipsum Philosophum, & νόμος κοινός, ἀγραφεύς, E. dantur quædam notitiæ, quæ φύσει in sunt. Resp. 2. Non datur notitia naturalis

turalis de DEO, notione actuali; quoad speciem expressam & ideam distinctè conceptam, datur enim notitia habitualis, notione habituali. Obj. 2. *Nihil esse in intellectu, quod non prius fuerit in sensu.* Resp. Quoad notitiam acquisitam ex sensibilibus mediantibus phantasmatibus collectam, non vero quoad insitam, infusam & divinitus datam. Obj. *Inscriptionem esse opus gratiae, Jer. 31.* Resp. In supernaturalibus & salvificis, non vero naturalibus & naturæ communibus.

Q. II. *An possibile sit dari atheos perfectos & consummatos theoreticos? N. contra irreligiosos.*

Anstith.

§. 1. *Julius Cæsar Vaninus* inter atheos Cæsar, Tholosæ ob Atheismum Anno 1629. combustus, plures sibi genuinos reliquisse dicitur apud Italos, Venetos, Gallos, utinam non apud Germanos quoque! Qui tamen cum vel practici sint, vel theoretici per excœcationem, nondum faciunt theoreticos perfectos & per naturam.

Observat.

§. 2. *Qu. E. I.* Non est de *practicis*. 2. non de *indirectis*, qui aliquid docent, unde negatur DEUS. Non 3. de *directis temporariis*, ubi *Hulsemannus* Brev. c. II. §. 1. concedit: Possibile dari ad tempus quosdam speculative atheos non per naturam sed per excœcationem. Sed *perfectis & consummatis* per omne vitæ tempus, sine omni metu aut sensu Deitatis, sine omni motu aut fluctuatione, constanter existentibus, per naturam.

Opp. Re-
jectio,

§. 4. Per exempla tales athei, qui per totum vitæ tempus sine omni metu & sensu Deitatis, sine metu vindicis in malis & sine lætitia in bonis, deprehensi fuerint, probari non possunt, in quibus retundendis distinguendum est, inter ignorantiam & negationem: Inter ignorantiam simplicem & affectatam: Inter omnimodæ notitiæ defectum & abominabilem malitiæ affectum: Inter totalem totius esse habitualis, (Deitatis) abolitionem & inter actualem & luminis suppressionem vel obfuscationem, prævalente ad tempus furoris paroxismo. Sed cum,

ro esse Deum, principium sit naturâ notum, cum ejusmodi Sathanicis mentibus, quæ nec scripturæ nec naturæ fidē concedunt, disputandū non est, mala enim juxta Ciceronem L. 2. de nat. deor. & impia est consuetudo disputandi contra DEOS, sive ex animo fiat, sive simulate; sed ex zelo pro gloria DEI, blasphema lingua, igne & ferro compescenda est V. J. A. *Osiander*, c. 1. p. 76. *Voet.* Disp. sel. p. 115. T. 1. D. *Niemands Atheus* disp. spec. *Spizel.* scrut. in Atheism. Et felic. literat. commentar. 1.

Q. III. An IEHOVA sit nomen DEI proprium & essentiale. A. Contr. Phot. Vorst. R. q. Remonstr. & Nov.

§. 1. *Enjedinus* putat id nom. tribui creaturis variis: Ita Antith. & Judæi quidem & Remonstrantes. *Socinus* & *Ostorodus* tribui Angelis propter DEUM, personam DEI sustinentibus, etsi alias proprium sit nomen DEI. Sic quidam è Papæis, quibus non abnuunt Novatores, asserentes angelum, qui apparuerit in V. T. creatum esse & vocari JEHOVA.

§. 2. Observatur, Q. non esse de nomine JEHOVA 1. Observatur intra compositionem vel additionem aut appositionem, ut quando de Hierosolyma dicitur, יהוה שמה Jehova schammah, Jehovah Nissi, ubi non ipsa urbs dicitur Jehova, sed Jehova ibi Ezech. 48. 35. prout in simili conjungitur monti Gen. XXII. 14. Jehovah videt. Altari Exod. XVII. 17. Jud. VI. 24. Nec 2. quando sub opinione veri DEI verbis μὴ μνησθῆναι recitatis, illi tribuitur, quod non est DEUS, ut Exod. XXXII 5. Judic. c. XVII. 3. Neque 3. de attributione obliqua & indirecta, sed directa & in casu recto, quo sine addito, restringente, diminvente & alienante non nisi DEO propriè tribuitur, confitentibus quoque Rabb. prout eo citantur R. *Iehuda* Levita, R. *Moses* Ægyptius *Majemon*. R. *Manasse* Ben Israel. R. *Salomon* & alii.

§. 3. Pro qua assertione ita argumentamur: Quodcunque nomen DEUS sibi suæque essentiæ soli appropriat eoque à falsis DIIS distinguitur, adeo ut nulli eorum nullique creaturæ ab-

ra absolute, in casu recto, sine restrictione aut additione tribuatur in sacris, id verè DE I nomen est proprium & essentialiale. Atqui DEUS nomen JEHOVA sibi suæque essentiali soli appropriat &c. E. Major est perspicua. Minor probatur, *Exod. III. 14. 15.* *Exod. XV. 3.* Jehova est vir bellator, Jehova est nomen ejus *Psal. XXX. ult.* soli DEO nomen est יהוה conf. *Psal. LXXXIII. 19.* *Psal. CXXV. 13.* *Esa. XLII. 8.* Ego sum יהוה illud est nomen meum, gloriam meam non dabo alteri conf. c. *XLVIII. 11.* *Jerem. XVI. 21. XLIV. 26.* *Num. VI. 23.* *Deut. XXI. 5.* & à sanctis illi ut proprium tribuitur, à Mos. *Exod. XV. 3.* *Esa. XLVIII. 2.* *Psal. LXXXIII. 19.* Deinde II. à Diis alienis & idolis hoc ipso distinguitur, *1. Reg. XVIII. 21.* *si Jehovah est elohim, ite post eum.* *Mich. IV. 5.* omnes populi ambulabunt, unus quisque in nomine DEI sui, nos autem ambulabimus in nomine Jehova, & *Hoseæ XII. 5.* Dominus DEUS exercituum Dominus יהוה & memoriale ejus (proprius character) יהוה ist seint Nahm / quod nulli communicat, tradente R. D. Kimchi h. l. citat. apd. *Buxtorff. in Lex. v. Gerh. Exeg. 623. p. 28. v. Dn. D. Calov. Tom. 2. p. 159. Kromaj. p. 101.*

Opposit.

§. 4. Obj. 1. Nomen Jehovæ tribui angelis *Exod. III.* sicut ille apparens in Rubo dicitur angelus Domini *Act. VII. 3.* Et quando *Ex. XIX. 11.* Jehova legitur legem constituisse, *Act. VII. 38.* angelus vocatur Mosi locutus. Resp. Idem qui angelus dicitur, DEUS est, *angelus magni consilii, qui de se dicit, ego sum DEUS Patris tui Abraham &c.* observante *Basilio l. 2. adv. Eunom. T. 1. p. 741.* Angelus fœderis *Malach. III. 1. i n quo & nomen DEI Ex. XXIII. 10.* Angelus faciei Salvator *Esa. LXIII. 9.* Angelus Goel. redimens ab omni malo *Gen. XLVIII. 16.* Sic ipse textus angelum istum exponit, angelum increatum esse, Filium DEI, qui verè DEUS & sicut vocatur Jehovah, 4. 14. 15. ita & ei propria divina tribuuntur v. 7. 8. 9. 10. 12. Obj. 2. Tribui *Judicibus Deut. XIX. 17.* stabunt ambo homines, quibus lis est coram Jehova. Resp. 2. Par. XIX. judicium habetur DEO, qui judicio præsens est, E. qui stat in judicio, stat omninò coram Jehova. Obj. 3. Tribui *arca Num. X. 35.* quando proficiscebatur arca, dicebat Moses: *Surge Jehovah, & dispergantur inimici tui &c.* Resp. David explicat

ca

ea verba de DEO dicta Psalm. LXVIII. 1. Exurgat DEUS & dissipentur inimici. Et Psal. CXXXII. 8. disjungens verba distinctè dicit : *Surge Domine*, Tu & arca fortitudinis tuæ. Scilicet Moses alloquebatur ibi DEUM vel Filium DEI arcæ & exercitui præsentem, tempore nocturno in columna ignis, diurno in columna nubis. Et sic intelliguntur Num. XXXII. 20. *Rubenita &c.* debent in bellum proficisci coram Iehova, coram arca præsentem, & Deut. XII. 7. *oblationes jubentur concedi coram Iehova*, arca præsentem. Nec obstat 2. Sam. VI. 2. ascendere faciebant arcam Domini, super quam invocatum est nomen Iehova. Nam Textus originalis ita legit : ascendere fac arcam DEI, cuius sc. DEI nomen invocatum est Iehova, & sic locus Parall. I. Par. XIII. 6. Neque phrasis, *super quid invocare DEUM*, facit id super quod invocatur, ipsum DEUM Iehovam, uti invocatur Iehova super filios Israelis, Deut. XXVIII. 16. Es. LXIII. 19. Jer. XXXIV. 15. super Hierosol. Dan. IX. super templum 1. Reg. VIII. 43. 2. Par. XX. 9. Neque tamen Deus sunt, Jehovah.

Q. IV. *An DEVS perfectè in requisitis Philosophicis definiri possit? N.*

§. 1. Nonnulli philosophi aut alii sibi persuasum habent Antith. DEUM exactè & Philosophicè definiri posse, collocant eum in prædicamento substantiæ, directè & propriè.

§. 2. Ast ineptè & illusivè. Quanquam enim DEUS de Thef. scribatur ex conceptu communi & proprio, non tamen ex genere & differentia. Neque potest propriè esse vel collocari in prædicamento, cum neque genus sit, neque species, neque individuum sub illis contentum. Tres personas credimus, quas dicimus, tria supposita, sed tria individua dici, non inaudit *Jacobus Martini*. Quod neque rei, neque notionis ratione dici potest. vid. M. Dn. D. Calov. Tom. 2. pag. 191.

219. 215. *Posevv.* Theol. Schol. pag. 60. 63.

Q.V.

Q. V. *An attributa DEI possint dici accidentia?* N. contra Vorst, Gilbert, Porret Pictav, Episc. & alios.

Antith.

§. 1. *Vorstius & Socinus* in DEO accidentia ponunt. Et *Gilbertus Porretanus* dixerat proprietates à Deitate distinctas & in numero differentes à divina substantia. Quod ad attributa DEI referunt, tanquam accidentia DEI.

Thef.

§. 2. Quicquid sit de mente Gilberti Porretani, error ejus rejectus est in Concilio Rhemenfi Anno 1248. tempore Eusebii Papæ IV. ubi talis editur confessio: *Credimus & confitemur, simplicem naturam divinitatis esse DEUM, nec aliquo sensu Catholico negari posse, quindivinitas sit DEUS & DEUS divinitas.* Et paulo post: *Credimus non nisi ea sapientia sapientem esse, quæ est ipse DEUS: Non nisi ea magnitudine magna, quæ est ipse DEUS &c.* Quæ stante summa simplicitate, non potest in DEO esse accidens, non compositio ex subjecto & accidente, non proprietates numero vel numerica & reali differentia diversæ v. Dn. D. Calov. Tom. 2. p. 255.

Q. VI. *An idem de DEO sciri & credi, adeoque ea, quæ de DEO ex lumine natura nota sunt, adhuc verè credi possint?* A. contra Thom. & Nov.

Antith.

§. 1. Thomas, articulos de existentia, attributis plerisque & providentia DEI, ex lumine naturæ cognitos, præambula dicit fidei, non ipsos articulos fide divina credendos. Sequuntur cum *Calixtus, Drejerus, Klozius, Hildebrandus* & alii, persuasum inde habentes, doctos non credere illos articulos, fide divina, quia sciant DEUM esse, vulgus vero credere, quod simplicitati eorum tribuendum.

Confirm.

§. 2. Contradicit hisce Symbolum Apostolicum, ex quo credere jubemur omnes docti pariter & indocti, fide divina, in DEUM, eumque omnipotentem & creatorem cæli & terræ. Quod sicut omnibus salvandis proponitur ex scriptura credendum,

dum, ita credimus firmiter & salvificè, ex simplicitate quidem, sed non ruditate, non probabiliter saltem, sed ex immota cordis fiducia, autoritate, revelatione & promissis divinis nitente. Neque id exiguum, idque mutilum & mancum, quod de DEO ex quacunque ratione scitur, & qua evidens videtur atque dicitur rationi, articulus fidei est, sed qua res est sublimis & eminens, divinitusque revelata & supernaturaliter cognita & apprehensa, ex scriptura; ubi apprehendo, non quia ex ratione datur cognitum, sed quia DEUS id manifestavit, & non saltem quod DEUS sit, sed quod & mihi DEUS sit ac meus DEUS; non saltem quod Dominus sit cœli & terræ, sed quod & meus sit Dominus, meus Pater, creator conservator & gubernator propitius & benignus, fidelis & præsens, fortis & potens. Hoc fide mihi sumo, apprehendo & fide proprium mihi facio in solatium & firmamentum animæ, ex scriptura, docente operante & obsignante Spiritu S. adeoque non ex lubrica, & dubia & fluctuante ratione, sed ex indubia & certissima revelatione.

§.3. An articulus ille *purus* dicatur vel mixtus? parum nos Opposit. angit, sufficit esse articulum fidei propriè & verè dictum, qui participat rationem propriam articuli fidei, est enim ex scriptura vel revelatione & relationem ponit ad salutem æternam. Unde rem non juvant, qui quæstionem vel composituri vel allevaturi, distinguunt inter articulos fidei generaliter & specialiter, propriè & *impropriè* tales, quod mixti quidem sint articuli fidei laxè, generaliter & *impropriè*, ast non strictè, specialiter & propriè. Negamus *impropriè* tales esse articulos fidei, quin propriè & verè tales sint: Neque ideo, quia aliquo modo sciri possunt, ratione credibilitatis aut numero τῶν πιστῶν excidunt. Alias ne articuli quidem fidei vel mixti etiam dici possent articuli. Instas, ut *impropriè* revelatum dicitur, quod jamdum est cognitum, sic etiam *impropriè* credi. Negatur 1. *antecedens*, omne enim propriè à DEO nobis revelatum dicitur, quodcunque ille nobis in scriptura divinitus inspirata manifestavit & inde apprehendimus in nostram salutem. Nec 2. *consequens* firmum est; Posito, quod ante aliquo modo cognitum & auditum

B

impro-

impropriè dicatur revelari, nunc tamen divina fide apprehenditur & creditur propriè, non quia antea erat imperfectè cognitum, sed quia nunc divinitus est manifestatum. vid. *Dn. D. Calov. Tom. 2. p. 99. 918. Strauch. vind. p. 87.*

Qu. VII. An attributa DEI tum inter se, tum ab essentia differant realiter? N.

Antith.

§. 1. *Aureolus* d. 8. q. 3. a. 2. nullam admittit distinctionem, neque rei neq; rationis, quibus accensentur Nominales, *Occam* & *Gabr.* sed exculpante *Mendoza* d. *Met. f. 4. p. 40.* *Scotus* in 1. d. 8. q. 4. distingui dicit formaliter *ex natura rei*, seclusa omni operatione mentis. *Thomas* distinctionem rationis docet.

Thef. prob.

§. 2. Nos de mente aliorum parùm solliciti, negamus distinctionem realem, vel eam etiam, quæ *ex natura rei* dicitur seclusa omni operatione mentis; Quia in ente simplicissimo talis admitti non potest, ut dictum q. V. Est autem distinctio inter attributa & essentiam divinam *rationis ratiocinatae* cum fundamento in re, cuius definitio hic sine incommodo accommodari potest. vid. *Magnif. Dn. D. Calov. c. l. p. 241.* confer. *Metaphys. & Scholasticos plur. itemque Posevv. Th. Sch. p. 65.*

Q. VIII. An præter Deitatem vel Majestatem divinam adhuc aliud adorationis religiosæ detur fundamentum? N.

Antith.

§. 1. *Smalzius Socinianus* refutat. *Monstr. p. 17.* gloriam DEI duplicem facit: Eam, quæ ipsi propria est, & eam quæ ei similis est; & pag. 89. negat, *Socinum* Christo honorem tribuere divinum eundem cum DEI, *specie*, sed eundem saltem, *genere.* *Arminiani Apolog. c. 16.* adorationis gloria, quæ Christo competit, Mediatori, vera adorationis gloria est, etsi non NB. absolutè divina. *Leidenses Calviniani* examinantes hæc in exam. *Remonstr. c. 16.* dicunt: Tanta quidem est gloria Christi, quantum ulla creatura capax est, non tamen absolutè divina, unde apud *Calvin.* vel negatur, illam gloriam esse causam per se & fundamentum adorationis & fiduciæ, vel geminam faciunt adorationem,

nem,

nem, propriam per essentiam illi qua DEO, competentem, & communicatam, competentem illius naturæ assumptæ per unionem hypostaticam, illâ inferiorem. *Papista* communiter distinguentes inter λατρείαν, δαλείαν & ὑπερδαλείαν, triplex ponunt fundamentum adorationis vel; duplex, qua distingu. *Schvunarez*, *Tannerus* & alii inter adorationem primariam & secundariam.

§. 2. Nobis unus est DEUS, una Deitas, una gloria & majestas DEI, quæ sola & una est adorationis religiosæ causa & fundamentum unicum. Unde scriptura: solus DEUS est invocandus, & qui non est DEUS, non est invocandus *Dent. VI. 13. Matth. IV. 10.* Non est gloria adorationis gemina, propria & analogica, illi saltem similis, ut illâ DEUS, hâc Christus sit adorandus contra *Socinianos* *Dn. Calov. Tom. 2. p. 256.* Non 2. alia verè, alia absolutè divina, ut illa quidem Christus, sed hac DEUS glorificandus & honorandus contra *Armin. Dn. Calov. p. 260.* ex *Joh. V. 23.* ut omnes honorent Filium, quemadmodum honorant & Patrem, quæ est gloria & nomen supra omne nomen *Phil. 2. 9.* vi cuius, omnes Angeli ipsum adorant *Hebr. I. 6.* nitens Majestate divina ipsi verè communicata. Non 3. alius honor adorat. summus, alius subordinatus, contra *Arianos & Photin. Dn. Calov. p. 263.* Non 4. alius cultus religiosæ adorationis latræ, duliæ & hyperduliæ, contra *Pontificios.* Cum idem ille, cui soli serviendum est, solus religiosè colendus sit. Ex *Act. 20. 18. 19. δαλείαν τῷ κυρίῳ Matth. IV. 10. λατρεύσεις c. VI. 24. Rom. VII. 6. 26. c. 14. 18. Col. 3. 14. confer. Phil. Theol. Exhib. XI.*

Q. IX. An affectus propriè loquendo cadant in DEVM? N.

§. 1. *Conr. Vorstius* differens de affectibus variè, sic tamen ut quosdam propriè dictos in DEO concedat, accedens affirmativæ sententiæ p. 462. quosque p. 464. *Crellius Socinianus* L. de DEO & attrib. c. 29. affectus DEO concessos dicit commotiones voluntatis divinæ vehementiores, ex *Armin. Episcopus* cum *Vorstio* DEO affectus tribuit propriè & per se l. 4. *Instit. c. 22. p. 510.*

Thes. prob.

§. 2. Sed negamus in DEUM cadere affectus propriè dictos vel commotiones : Commotio enim immutabilitati, motus propriè qui est accidens, simplicitati & Majestati DEI repugnant : Dicuntur autem, quæ dicuntur ἀνθρωποπαθῶς, ut intelligantur Θεοπροπῶς, juxta Regulam Damasceni : τὰ ἀνθρωποπαθῶς λεγόμενα, Θεοπροπῶς νοεῖται.

Object.

§. 3. Obj. Vorstius 1. affectus in se & formaliter dicere perfectiones. Resp. non simpliciter & absolutè, sed secundum quid, sc. in subjecto perfectibili & impotenti ex sua essentiali perfectione, ut est in animalibus : In DEO inferunt essentiali imperfectionem. Obj. 2. DEUM esse omnium affectuum auctorem E. in se habet quid illis analogum. R. Non sequitur quorum DEUS est auctor, ea in se habet ἀναλόγως, nisi ἀναλόγως in se haberet arbores & plantas, boves & asinos, quod ἀτοπον & ἄλογον. Obj. 3. in DEO esse spem, secundum quam esset perfectè hilaris. Desiderium, quo expectet à nobis bonum : Gaudium, quo lætetur bono præsentis : iram, qua propellat à se malos. Gratiam, qua benignè respiciat bonos. Misericordiam, qua misereatur afflictorum. Resp. dici hæc non formaliter & propriè, sed nostro concipiendi modo ἀνθρωποπαθῶς.

Q. X. An in DEVM cadat realis compositio ? N.

§. 1. Vorstius, non quidem compositionem intelligit DEO competentem, qua ante separata adaptentur & conjungantur, sed qua in se contineat intra suam perfectionem aliud atque aliud.

Antith.

§. 2. Sed in DEO non est aliud atque aliud, non componentia realiter diversa. Neque personæ vel relationes à DEO ejusdem essentiali faciunt extrema componentia, ex quibus tertium ἕτερόν τι & novum quid resultet? Essentiali enim in se eminentissimo & simplicissimo modo omne continet. Neque ex subjecto & attributis ejus datur compositio, quia attributa sunt ipsa DEI essentiali.

Q. XI.

Q. XI. An in DEO Mejusque voluntatem aut decreta cadat mutatio? **N** contr. Vorst, & al.

§. 1. Sociniani DEO mutationem tribuunt ratione intel- Antith.
ligentiae & ratione voluntatis, sicut Socinus part. 3. de Christo c. 3. DEUM sapere rescindere ait suam sententiam. Et l. suavor. de capess. relig. Photin. p. 13. eos perire posse, quos Deus saluti destinaverit, & servari, quos perdere decreverat. Vorstius tr. de DEO p. 189. eos non satis circumspectè loqui dicit, qui Deum ut essentia sic & voluntate immutabilem asserunt. Gemina habet Episcopus Arminianus l. 4. Instit. c. 20.

§. 2. Sed Deus in se, in sua essentia, scientia & voluntate est immutabilis Malach. III. 1. Ego DEUS & non mutor. Exod. III. 6. sum qui sum &c. semper sum ab aeterno, in aeternum sine ulla mutatione. Apud quem nulla παραλλαγή Jacob. I. 17. Ipsius est semper esse. Psalm. CII. 27. Thes. conf.

§. 3. Decreta Dei considerantur tripliciter, vel in sensu Annotatio
identico, quâ identificantur cum Deo & sunt ipse Deus discernens. Vel 2. qua notant res decretas vel objectum decretorum. Vel 3. qua sistunt relationem & determinationem voluntatis divinae ad res volitas. Primo sensu nullam omninò habent mutabilitatem vel mutationem. Secundo sensu habent citra conversionem. In tertia significatione, qua relatio talis terminatur in objectis, objectivè & terminativè quoque mutationem admittunt, sed extra Deum, unde rectè dicitur, mutationem adverti à parte volitorum aut in ipsa habitudine, non à parte DEI volentis, propriè: Quod autem Deo pœnitentia tribuatur, fit ἀνθρώπου παθῶς. De λόγῳ quod dicitur mutatus ante simplex nunc σύνθετος factus, non in se est mutatus, carnem enim suscepit ἀπέπτως, ἀσυνχυτως vid. Metaph. nostr. part. spec.

Q. XII. An DEUS sit causa peccati per se vel per accidens? **N**.

§. 1. Veteres haeretici, utpote Simonitæ à Simone Mago Antith.
dicti, B 3

dicti, sec. 1. Deum creatorem facientes malorum. *Valentinianus* sec. 2. c. 2. 144. malitiam ex natura creata deducentes. Et in eod. sec. *Gnostici* Deum boni & mali agnoscentes. Nec non *Floriani à Florino* Rom. Presb. c. a. 180. *Priscillianista* c. a. 380. & plures alii è veteribus hæreticis, peccatum referebant ad Deum. Recentiores vel *Papistarum*, prædeterminativam Dei actionem vel *Calvinianorum* impulsam & incitationem Dei ad peccata stantium, Deum faciunt mali autorem. Novatores, præsupponentes, sed falsò, nullam causam per accid. esse veram causam, Deum peccati dicunt causam, sed per accidens.

Thes. prob.

§. 2. Nobis Deus nullo modo est causa peccati, neque per se, neque per accidens: Neque directè neque indirectè. Quorum enim Deus est accerrimus vindex, eorum non potest esse autor. Neq; tò per accidens in o. causa per acc. omninò alienat, etsi enim alienet in causa per accid. ratione formæ, non tamen in causa per accid. ratione suppositi, de quo multa in Philosophicis nostris passim. Verbo, phrasis illa: *DEUS est causa peccati per accidens*, est scandalosa, non necessaria, rixosa & in hac purissima sanctissima & sapientissima causa falsa. vid. *Dn. D. Calov. T. 2. & Dissp. n. Colleg. Phil. Theos. nec non Philos. Theol. disp. prælim V.*

Q. XIII. An DEVS sit immensus, non ratione essentia sed virtutis? N.

Antith.

§. 1. *Sociniani* Deum virtute, potentia & auxilio ubique dicunt. *Smalcus* in Anti Tr. p. 175. favore. *Crellius* p. 271. de Deo, potentia & sapientia.

Thes. prob.

§. 2. Nobis DEVS verè immensus est, verè ubique ratione substantiæ & essentia omnia replens, ut dici solet ad essentia essentiali repletiva, non ad essentia expansiva diffusiva, extensiva, inclusiva, locali, circumscriptiva, sed illocali, imparibili, immutabili, incomprehensibili, ineffabili, quæ vere divina est & repletiva aliàs dicta. Neque in DEO essentia à potentia, virtute & sapientia, dividi aut separari potest. A. Quicumque est infinitus, cujus magnitudinis non est finis *Psal. CXLV. 3.* & sublimior omni cogitatione *Job. XI. 3.* Ubique im-

im-

implens omnia, cœlum & terram Jer. XXIII. 23. πληρώσει substantiali, ut non sit procul ab uno quoque Act. XVII. 2. ille est ratione essentiæ immensus. Ast DEUS E. Minor prob. ex add. locis. vid. Dn. Calov. c. l. p. 395. adeo ut etiam Aristot. Deum vocet immensum l. 8. Phys. text. 9. & 12. Metaph. t. 14. licet infinitum neget sc. in quantitate.

§. 3. Obj. Vorstius, Deum esse in mundo Regem & Objecti
 Dominatorem potentissimū ratione potentiæ, non ratione essentiæ, neque ita in mundo, ut etiam sit extra mundum E. non esse immensum. R. 1. Deus est in mundo non inclusus, extra mundum non exclusus, est intra & extra mundum immutabili sua ubiuitate, E. non tantum est in mundo. Damascenus l. 1. de O. t. c. 16. ait: *DEUS incircumscriptus cuncta replens & super omnia eminens, totus super omnia.* Est in cœlis, est in terris, in cœlis singulariter & gloriosè. In terris potenter sed & enter, adeoque secundum essentiā & potentiam. Obj. Ascendere & descendere, recedere & accedere, quod notaret alicubi in aliquo certo ubi, non ubique. R. id intelligi αὐθροποπαθῶς & ratione singularis manifestationis, non ratione mutationis in immutabili sua essentiā. Obj. repugnare ejus majestati adesse rebus vilissimis & fœdissimis. R. Sistit Majestatem DEI esse non habere mutabile, nec inde contaminatur aut coinquinatur, sicut & sol, corporeus licet, non fœdatur, dispergens radios in loca sordida, sic nec DEUS. vid. Dn. D. Calov. c. l. p. 395.

Q. XIV. An DEVS sit actu extra cœlum & terram?

§. 1. Quicumque negant immensitatem Dei, subitò negant quoque extramundanam DEI existentiam. Antib.
 Episcopus l. 1. c. 13 dicit: *De DEI extramundanā immensitate ne γῆν quidem in Scr. S. est. Hoc non modo est ἀκατάληπτον, sed etiam valde absurdum.* Negant quidam è Scholasticis, Scotus, & Durandus; Negant è Calvinianis Maresius Tom. 2. Anti Tirin. p. 1052. Negant Socin. Vorst & alii. Remonstrantes suspensum volunt.

§. 2. Nos affirmamus cum Luthero dicentes T. 3. Jen. Thof.
 Gott ist über und auffer allen Creaturen; über und auffer allem
 dem.

dem das man denken und nennen mag. Quia Deus est immen-
sus & immutabilis non demum eò suam substantiam movens,
ubi operatur, ut tum demum inciperet esse extra mundum quan-
do ibi operaretur, aut si alium mundum extra hunc divisum ab
ab hoc produceret, Deus divisus esset præsens in hoc & præsens
in illo separato ab hoc mundo, ut in interposito spatio inter
duos mundos non esset. Sic nunc actu quoque est extra mun-
dum: Non tamen ea adessentia qua præsens est in mundo, sci-
licet directiva & conservativa. Cum aliud sit imensum esse, aliud
omnipræsentē, aliud absolutè & generaliter adesse, aliud relativè
modificatè & specialiter. *Dn. Calov. T. 2. p. 416. conf. disp. n. pralim.
V. & exhib. v. q. 8. phil. theol.*

Observ.

§. 3. Sic certum est 1. DEUM esse extra mundum: Certum
est 2. DEUM extra mundum operari posse. Certum est 3.
Deum ibi esse, ubi operatur. Certum est 4. non demum eò, ubi
operari intendit, moveri & de novo ibi esse, mutabili quadam
adessentia. Certum 5. ibi spatium extra mundum concipi,
quando Deus extra mundum existens extra mundum operari
concipitur. E. etiam certum est, Deum ibi esse, quod sub ratio-
ne spatii concipitur. Sed quæ verba sunt *Magnifici Dn. D.
Calovii*, per hæc non ponitur locus extra mundum, nedum quid
DEO *coæternum* vel *immensum*, sed id solum præcavetur,
ne immensitas Dei infinita finito hujus mundi ambitu conclu-
datur: porrò dicit: *Non est, quod reprobetur sententia, que
DEUM in infinitis spatiis extra hoc universum operari posse, adeoque
existere asserit.* p. 46. Reprobatur autem, quando talis præsentia,
extra mundum conciperetur, qualis est nunc DEI modificata
prout rectèbb. *Mentzerus Fevverborn*, & alii negant sic à Theo-
logis usurpandam esse, contra Calv. Martinium.

§. 4. Probant & dicta scripturæ existentiam Dei extra
mundum, quando 1. Reg. VIII. 27. cœli cœlorum Deum non ca-
piunt, qui Job. XI. 8. est sublimior cœlo, profundior inferno,
ejusque magnitudo Psalm. 145. 3. non habet finem.

Objest.

§. 5. Obj. 1. DEUM esse in se ipso, non extra mundum, non
in spatio imaginario. Resp. illud tò esse in spatio imaginario non
argemus, si saltem dicatur esse extra mundum non exclu-
sus & intra mundum non inclusus, illud non tollitur, quia est
in se ipso

in seipso, nisi tollatur ejus existentia in mundo, quia etiam in mundo existens est in seipso. 2. in seipso non intelligitur subjectivè ut in subjecto, non ut in se ponat aliquid reale à se realiter diversum, non ut ideo non sit ubique, sed negativè, quia non est extra se, non divisibiliter aut partibiliter, sed totus totus ubicunq; est impartibiliter, & nihil extra seipso est. Obj. 2. *Deum non esse in nihilo, non operari in nihilo.* R. Deum operari posse ibi & in eo, quod cum nihil sit, à nobis concipitur per modum spatii, est indubium, cum alicubi existens creavit mundum, qui ante sui creationem nihil erat, sic creare potest novum mundum extra mundum, ibi, & in eo spatio, quod revera est nihil. Obj. 3. *DEUM præsentem esse extra mundum notare rationem & habitudinem præsentia DEI ad nihilum, quod est absurdum & falsum.* R. Præsentia relativa concepta & modificata ad nihilum, est absurda: præsentia absoluta & intrinseca, quæ nihil aliud est quam DEI existentia in aliquo ubi quocunq; non est absurda. Deinde nec vox præsentia in spat. imagin. urgetur aut præcipitur alicui, uti Dn. Calvinus rectè ait: *Si non dicendus est præsens extra hunc mundum, dicetur saltem Deum non contineri immensitate substantiali hoc universo, sed porrigere se se extra hoc universum in infinitum, ubi imaginamur spatia innumera: sicut non dicitur, quod spatia imaginaria repleat sed quod in immensum sese porrigat divina substantia.* p. 420. c. 1.

Q. XV. *An DEVS quædam velit voluntate signi, quæ nolit voluntate beneplaciti?*

N. contra Calv.

§. 1. Sic Calvinus, Beza, Piscator, Zanchius, Retorfortis de Antith. prov. p. 3. & alii, circa idem dicunt, DEUM aliquid exterius velle, credere sc. reprobos, quod tamen secum voluntate beneplaciti nollet, nolle sc. eos reprobos credere: Exterius docere ipsum, se velle omnium hominum salutem, secum autem se non velle omnium.

§. 2. Distinctio ipsa voluntatis signi & beneplaciti relata Thef. con. ad diversa objecta, bona est & usurpata à Schola & nostrat: firm. Illiq; respondere potest voluntas signata vel revelata & huic ab-

C

scondita

scandita & imperscrutabilis. juxta verum: *præcipit ac prohibet, permittit, consulit, implet.* Quibus signatur vel significatur vol. signi. propter fraudes tamen Calvinisticas evitatur. A Calvinianis enim dicitur accommodata ad *idem objectum*, ut DEUS aliud ore externo & in signis præ se ferat, aliud secum intendat pro suo decreto, aliud loquatur, aliud sentiat, adeoque ibi diversa statuitur voluntas, contraria & opposita, ut expresse concedit *Piscator, respons. ad amicam Collat. Vorst. p. 156.* mandata Dei interdum arcano consilio contraria esse, sed hoc blasphemiam redolet abominandam, Deique labefactat integritatem, nostramque fidei *πληροφωρίαν*, qua nunquam certo scripisset, an esset serua Dei voluntas eorum, quæ dicit & signari facit, *Calov. p. 400. c. l. conf. Exhib. nost. Phil. Th. q. XIII.*

Object.

§. 3. Obj. 1. Deum Abrahamo exterius præcepisse, quod internè noluisse. *Genes. XXII.* item 2. Pharaoni dimissionem populi præcepisse, quam tamen ab ipso fieri noluisse, eo ipso, dum indurasset cor ejus ut non dimitteret. Sic 3. præcepisse Bileamo *Num. 22. 20. 35.* abitum ad Regem Balak, quem tamen noluisse voluntate beneplaciti. &. Communiter, hæc non spectare ad negotium salutis de quo potissimum intelligitur quaestio. Interea tamen nec hîc conceditur contrarietas; Quapropter Resp. ad 1. Abrahamum jussum esse & signi & beneplaciti voluntate, ut offerret Filium in sacrificium, ubi nulla est contrarietas. Volebat autè Deus, hac voluntatis promptitudine declarata sibi prospicere de alio sacrificio. &. ad 2. volebat seriò dimissionem populi, quando autem resistebat Pharaon, volebat resistantis indurationem. Resp. ad 3. volebat & promittebat abitum ejus, qui lucrum captabat, sed non volebat maledictionem populi sui.

Q. XVI. *An in DEO detur scientia media?*

A contra Calv. & Schol.

Antich.

§. 1. *Guilhelm. Tuvisse special. diss. operos. Amesius. Gisbertus & Paulus Voetii*, ille select. disp. p. 254. hic Theol. naturali, profanam novitatem Theologis incognitam, a syla Pelagianantium vocant: Sic & *Wendelinus, Retorfortis* atque alii decreta

DEI

Dei peremptoria statuentes. Non tamen omnes Calviniani, non Gomarus, non Valæus, non Ludov. Crocius. Scholastici verò & Jesuitæ fingentes scientiam mediam Pelagianam suspensam à gratia libertati humanæ subordinata, falso nituntur principio.

§. 2. Datur enim tale futurum conditionatum scibile, quod Th. confirm. esset futurum, si hoc vel illud esset, sub hac vel illa conditione, imo & ipso actu prævisum & decretum, E. datur etiam ejus in Deo omniscio scientia. 1. Sam. 23. 12. Matth. 11. 21. Væ tibi Chorazin. Væ tibi Bethsaida. Joh. VI. 15. vid. Calov. p. 516. nostr. Phil. Theol. exh. VI. q. 12. Seheritz. Syst. p. 46.

§. 3. Obj. deesse 1. *fundamentum*, quod supponeretur Object. decretum DEI conditionatum suspensum à conditione per liberum arbitrium implendum, cum omne decretum Dei sit absolutum, antecedaneum. Deesse 2. *objectum*, nullus enim datur actus, divinæ providentiæ non subjectus. Deesse 3. *certitudinem* talis scientiæ, cum omnis scientia Dei sit certa, hæc autē reddatur incerta per incertam conditionē, à qua suspendatur. Deesse 4. *multiplicandi* scientiam divinam *necessitatem*, cum omnis scientia DEI sit vel simplex vel visionis; vel naturalis vel libera, media non sit. Fingi 5. eam dependentem cum DEUS sit independens. R. ad 1. non deesse *fundamentum* & falsum est, omne decretum esse absolutum, falsum, quod ante decretum nihil possit sciri, ut futuribile. R. ad 2. Neq; deesse *objectum*, neque necesse est, eum actu futuribilem esse subjectum providentiæ, actu, cum sufficiat, subjicibilem. R. ad 3. Neque deesse *certitudinem* scientiæ, quæ datur etiam in meris contingentibus & possibilibus. R. ad 4. Negando *multiplicationem* scientiæ quæ non multiplicata dicitur, sed distincta quoad diversa objecta. R. ad 5. N. *dependentiam*.

Q. XVII. An DEVS necessariò puniat peccata? A. contra Soc. & Armin.

§. 1. Vossius, Episcopus & alii negantes justitiam Dei essen- Antith. tialem esse ejus proprietatem, statuunt nostram liberationem & remissionem peccatorum per Dei voluntatem alio modo fieri potuisse, quam per mortem, Filii cum DEUS, in pari reatu existentes, O liberè vel damnare vel Salvare possit. E.

Calvinianis quidam jus Dei eò extendunt, quod salva justitia homines vel damnare vel salvare possit, ex *Calvino* in *Ioh. c. XV.* quo propendere intelligitur *Maresius* disp. de jure Dei p. 537. §. 52.

Thes, confirm.

§. 2. Sed Deus noster est immutabiliter justus, qui ex se & sua immutabili natura & sanctitate odit omne peccatum *Lev. 18. 22. Psalm. 55. 6. Prov. 2. 6.* Nec citra satisfactionem peccatorem impunitum mittit. *Exod. XXIV. 8. visitans iniquitatem & c. Num. 14. 28. Esa. 22. 14. Nehem. 1. 2. vid. Mentz. Tom. 1. op. p. 173. Fevverb. Synt. 1. p. 668. Dn. Calov. c. 1. p. 585. Socinianis. p. 381. Arminianis. p. 90. J. A. Osiandr. de leg. nat. p. 136. 138. conf. Exhibit. 26. n. 7. Phil. Th. Schertz. Socin. p. 59.*

Object.

§. 3. Obj. 1. *DEUM esse naturaliter misericordem* E. non justum essentialiter. R. Est bonus & misericors non absolute, sed ordinatè, facta sc. satisfactione per Christum, eaque per fidem pœnitentibus applicata. Justus est & juste irascitur peccatoribus in statu iræ manentibus, miseretur autem pœnitentium satisfactione Christi sistentiũ: Erunt ne impuniti peccatores? inquit *Aug. in Ps. 80. absit, non sibi tantum de DEI misericordia blandiantur, ut sibi etiam injustitiam ejus polliceantur.* Est E. Deus misericors non injuste, sed justitia & irâ Dei tranquillatâ. Obj. 2. *Iram DEI vinci à misericordia.* R. *Secundum effectum*, ubi mutatur objectum iræ, non *secundum affectum*, manente iræ objecto. Obj. 3. *DEUM esse absolutissimum Dominum* R. ideò punire potest omnes: potest quoscunq; vult, vult autem punire malos: punire peccatores, quia tales, est actus non absoluti dominii & proprietatis, sed jurisdictionis, adeoque potentia ordinatæ. Est Deus liberrimum agens, sed puniens, non nisi justè, purè & ex lege. Obj. 4. *posse quemcunque suo renunciare juri.* Resp. juri mutabili, juri positivo, juri privilegii & arbitrarii exercitii, juri privato, sed non juri immutabili, juri æterno & perpetui exercitii, juri publico: Aliàs enim Deus posset juri suæ venerationis renunciare & creaturas absolvere à cultu & obsequio. Obj. 5. *DEUM esse ex legem & ejus voluntatem omnium agendorum primam & absolutam Regulam*, qua quicquid, quod placet & quia placet, justum sit, non contra, quod justum est, voluntatem Dei obliget

obliget, quia justum sit: Resp. pessima hic supponitur hypothesis, nihil esse in se vel bonum vel malum, nullum ex se vel odibile vel amabile, sed omnia talia esse ex lege positiva, ita DEO volente. Objectum est prius sua potentia, DEUS mala, quia mala sunt, averfatur, quia illa in se Deo repugnant ut impura, intrinsecè abominabilia, foetida; & sic bona amat & vult, quia in se ejus voluntati congrua sunt. Non ergo, quia DEUS vult, bona sunt, sed quia bona sunt, vult: E. voluntas prima regula est actionum, sed justas supponens, quæ vult, ordine servato naturæ divinæ immutabiliter & essentialiter sanctæ.

Q. XVIII. *An distinctio inter potentiam DEI absolutam & ordinatam, bona sit & justa?* A. contra q. Calv.

§. 1. Exosum est quibusdam ita distingui, prout *Ioh. Schuler* Calviniano improbatur, aliis irridetur & rejicitur in eadem Schola educatis. Antith.

§. 2. Pot. absoluta vel est, quæ dicitur *extraordinaria*, & sic probata est & demonstrata in omnibus miraculis divinis. Ut, licet naturale sit, solem moveri, Deus tamen pro suâ absoluta potentia hunc cursum atque motum poterat cohibere atque sistere, *Jos. X.* Vel est ea, quæ in se respicit omne factu possibile absque respectu & ratione ad attributa Dei alia, & sic probatur *Matth. III. 9.* & omnibus locis, ubi Deus absolutè asseritur omnipotens, cui nihil sit impossibile, quia in suâ infinita & independenti spectatur virtute & potentia præcisè in ordine ad objectum, ad omne possibile, secundum quam omnia potest, sed non omnia agit. Pro *ordinata* potentia operatur, creat, conservat & gubernat mundum, ut tamen plura possit, pro absoluta sua potentia, sic potest ex lapidibus Abrahæ exuscitare filios *Matth. III. 9.* sed non exuscitat: Pro absoluta ei nihil est impossibile *Matth. XIX. 26.* sed non omnia factu possible facit: Pro *absoluta potentia* Deus poterat Christo in auxilium mittere plusquam XII. legiones angelorum *Matth. XXVI.* sed non ordinata. Pro *ordinata* Christus non poterat facere signa *Marc. VI. 5.* propter incredulitatem. Observ.

tatem eorum Matth. XIII. 58. quæ tamen omninò poterat potentia absoluta. Christus enim omnipotens omnia poterat, sed non omnia volebat omnipotenter i.e. irresistibiliter & absolute facere. conf. Philos. Theol. Exhib. VI. q. X.

Q. XIX. *An omnipresentia DEI, sensu scripturæ accepta, sit nuda indistantia?* N.

Q. status.

§. 1. Quæstio est non de nudæ alicubiæ ratione formali, præcisivè spectata, ut nostrates expressè protestantur, non disputari de præsentia ut sic Metaphysico in sensu: Sed quæstio est de omnipræsentia Dei in scriptura descripta, ut actu sese habet apud creaturas, quæ dici solet modificata, gubernativa, directiva, & qua talis, hinc additur sensu Scripturæ, proinde illi, qui de ratione omnipræsentia ut sic disputant, præcisivè & Metaphysicè, non feriunt statum. Qui vero id tenere & probare tentant, prout ante hac disputationes erant Tubingensium contra Gießenses, ex scriptura, errare nobis dicuntur.

Verit. confirm.

§. 2. Etsi ergò nos illum præsentia divina modum capere & exactè comprehendere non possimus, sicut *Lombardi* confessio habet, laudata à *Chemnitio*: *DEUM esse ubique scimus & dicimus, sed quomodo ubique sit, non intelligimus*. quia tamen scriptura eam præsentiam non facit nudam, otiosam, vacuam, sed directricem, consolatricem, auxiliatricem, & sic porrò, & inde cõmunes prodierunt ubique ex scriptura approbatæ descriptiones vel definitiones, cujusque præsentia modi, universalis, gratiosa & gloriosa, non possumus non amplecti præsentiam Dei operosam. Sic enim describitur 1. *præsentia* Dei universalis, qua tota Trinitas dicitur divinitatis suæ essentia implere omnia in cælo & in terra. *Esam. LX. Jerem. XXIII* Et efficaci sua operatione sustentationis conservare omnia, &c. Scilicet non absens, sed sic præsens *ut in eo simus, vivamus & moveamur. Act. XVII. Psalm. CXXXIX*. Ita 2. *gratiosa* præsentia est in sanctis illuminatrix, vivificatrix, consolatrix, directrix, excitatrix ad omne opus bonum, sicut scriptum est: *Ego inhabitabo in eis 2. C. 6. 16. mansionem apud eum faciemus. Iob. XIV.* & sic porrò, quod non nudè adesse fit, nec solum generaliter conservando & sustentando,

stentando, sed per verbum & Spiritum Sanctum convertendo, & sic porrò: 3. Præsentia gloriosa maximè operosa & actuosa est, qua DEUS seipsum immediatè conspiciendū tradit & in ea exhibitione eos vivificat, sine medio & velamento, implens eos plenissimis, non primitiis sed decimis donorum suorum; Et tandem ita quoque efficacissimè & operosissimè λόγος & adest carni suæ, præsentia singularissima & ineffabili, ut carni suam quoque Majestatem communicet regendi & gubernandi omnia. vid. Meutz. T. 1. Op. p. 455. p. 473. & Tom. 2. p. 398. contra Martinium Calv p. 887. 890. & c. contra Crocium Tom. 2. p. 1284. & seqq. in hist. controvers. Tubing. p. 1327. & seqq. in consider. ejusd. p. 408. & seqq. ad libr. Luc. Osiandr. & p. 1501. & seqq. in consider. D. Nicolai. Et alibi plur.

Q. XX. An gradus præsentia divina nudis distinguantur operationibus? An verò simuletiam propinquiori quadam substantialis adessentia ratione? Illud N. Hoc aff.

§. 1. Apud Lombardum l. d. XIV. adducuntur veteres, dicens Antith. tes, non ipsum fidelibus dari Spiritū S. sed ejus dona, negata substantiali Spiritus S. præsentia, sed confutavit eos Lombardus ex communi Catholica sententia. Quando Vorstius & è Calvinianis Simon Ulricus Pistorius in Rettung der XII. Ursachen/aliique negarunt, Christum Spiritū suum S. dedisse Apostolis secundum substantiam, hæreseos postulati sunt hæctenus & meritò. Gemina autē habentur, quando Calixtus Epitom. Theol. mor. p. 14. dicit. Non est in nobis Spir. S. nisi per donum aliquod suum, quod in nobis efficiat. Et quod Hulsemannus de intimiori Dei præsentia secundum substantiam dixerat, rejicit Calixtus in appendic. disert de Myster. Trinit. tanquam heterodoxum: Et in Buschero tanquam Schvvenckfeldianum & Weigelianum.

§. 2. Sed rectè Form. Conc. Epitom. credend. parte negat. Theol. seu antith. a. 3. n. 6. p. 587. rejicit hanc propositionem: Non ipsum Deum sed tantum dona Dei in credentibus habitare, quasi præsentia gratiosa

gratiosa sit sine praesentia substantiali, vel quod secundum substantiam non proximior sit piis quam impiis, sed solum secundum gratiam v. *Consens Repet.* de Deo punct. XIV. Lutherus in Psalm. LI. Tom. 3. W. f. 528. Sicut Deus verè piis proximiori ratione vel propiori approximatione, quam impiis, adest, ita & Spir. S. datur secundum substantialem suam praesentiam & secundum eam nobis speciali ratione adesse & secundum eandem quoque recedere dicitur. Non ut ipsa DEI substantia aut immensa illa DEI indistantia, propinquitas aut adessentia, in se mutetur, quod repugnat, sed quod intimior illa substantialis adessentiae variet & mutetur ratio. Neque hic gemina fingitur substantia, una infinita implens caelum & terram, altera finita secundum quam ab impiis recedit vel ad pios accedit, ut enim non gemina sit substantia Filii Dei, infinita & immensa secundum quam est intra mundum & extra mundum, & finita, secundum quam est in carne finita assumpta, non extra carnem, sic nec duplicatur vel multiplicatur ipsa Dei substantialis propinquitas, quando aliter dicitur adesse impiis, aliter piis.

Confirmat,
Thes.

§. 3. Argumentamur: 1. Quicumque ad aliquem venire & mitti dicitur & apud eundem mansionem facere atque habitare, persona sit oportet, ut ei adsit vel adveniat personali vel substantiali approximatione, Atqui Deus ad pios vel fideles suos &c. E. Major ex suis constat terminis. Min. prob. Joh. XIV. 23. Jacob. IV. 8. 1. Cor. III. 16. VI. 19. Item 2. Praesentia λόγος ad carnem est intimior approximatō quàm ea, quæ est DEI extima ad creaturas. Praesentia λόγος, ad carnem est substantialis. E. Quædam substantialis praesentia est intimior quàm, ea quæ est Dei ad creaturas. Sicut a. λόγος intimius adest suæ carni, quàm aliis creaturis; sic etiam DEUS intimiori approximatione adest piis, quàm impiis.

§. 4. Neque B. Feurbornius primus est illius sententiae inventor, neque improbatur ea B. Gerardo; Hic laudat eos, qui ita statuunt, eo ipso, dum dicit eos exactè tenere τὸ ῥητὸν Exeg. 188. p. 295. Ille antecessorem habet B. Menzertum, uterque Patres atque alios, quos v. apud Celebr. Dn. Calov.

Tom. 2. p. 630. 650.

F I N I S.

Coll. diss. A. 214, misc. 56